


XLV Lyceum Universalis Eruditionis nominis Romualdi Traugutti incepit suam actionem Kalendis Septembribus anno MCMLIV ut XVIII Schola Principalis undecim annorum et Lyceum Universalis Eruditionis (vulgo Schola Societatis Amicorum Liberorum numero XVIII) administratore Jadviga Puchalska dyrectore scholae (MCMLIV – MCMLVI).



Tum illum ad via Smocza 6 in novo aedificio erat quod proiectum erat secundum schemata Scandinaviva ergo multis elementis ligneis fuerat quo sincera atmosphaera existeret. Hoc tempore Wola intensive se confirmabat, numerus incolarum augebat etiam horum iuvenalissimorum ut mox schola completa ad summum esset – discipuli in tribus alternis discebant at classes plus quinquaginta discipulorum erant.

Ante diem IX Kalendas Martias anno MCMLVII ex decisione Praesidii Consilii Nationalis urbis Varsoviae Schola Societatis Amicorum Liberorum numero XVIII Schola Principalis et Lyceum Universalis Eruditionis numero XLV facta est simul indicatum est donec definita nomina statuerentur non possunt commutari sigilla et impressa at commutato numero is in repercussis impressis manu corrigendus erat.

Ante diem IV Idus Octobres anno MCMLVIII Schola Principalis et Lyceum Universalis Eruditionis numero XLV cum sede ad viam Smocza VI nomen Romualdi Traugutti viri fortissimi insurrectionis Ianuariae appellata est at discipuli vexillum fundatum a parentibus acceperunt. Haec caerimonia in clivis Cytadelae Varsoviae acta est quo loco Romualdus Trauguttus vita amissus erat. Ex illo die quoque anno novi discipuli ibi his verbis vota suscipiunt.

Ius iurandum do me dignum discipulum Lycei Universalis Eruditionis nominis Romualdi Traugutti esse. Ius iurandum do me bene discere et honorem, dignitatem meae scholae custodire. Labore suo, discendo atque ratione ius iurandum do me patriae cum fide inservire.



„Moment wręczenia nam sztandaru najbardziej utkwil mi w pamięci, gdyż był bardzo podniosły i zdawało mi się, że w tej chwili zdolna jestem do wszystkich czynów wielkich i pięknych” (uczennica kl. VII).

Eodem anno ex decisione Curatorii Educationis nostra schola Schola Principalis et Lyceum Universalis Eruditionis Romuldi Traugutti numero XLV appellata est .

Ante diem IX Kalendas Februarias in centesimo anniversario die Insurrectionis Ianuariae „*collegium moderatorum mandat ut signum huius: Lyceum Universalis Eruditionis nominis Romuldi Traugutti a iuvenibus ferretur.*”

Anno MCMLXIV ex *schola undecim annorum* seiunctum perpendicularum fundamentale coniunctum est cum Schola Principali numero CLXX ad viam Smocza XIX. Ex eo tempore discipuli in iam paulo vasto aedificio accesserunt ad ea quae praeter lectiones pertinent. Conventus studiorum fiebant.

Quae ambitiosiora theatrum „Hulka Babulka” incipiebat. Hoc erat tempus rerum secundarum in athletica et victoriarum olympiadum disciplinarum. Iuvenes melius meliusque discebant. Lyceum docendo enitebatur ad decem optimorum Lyceorum Varsoviae .



Anno MCMLXXVII XLV Lyceum Universalis Eruditionis nom. Romualdi Traugutti novum locum accipiebat et ad viam Miła in *scholam mille annorum* ut vocabatur translatum est exadificatam ad actionem Mille scholae in Millenium Res Publicae Polonorum. Ecce quibus verbis iuvenes scholam novam describebant:

Quid pluri mihi scribam (...) minus nobis aedificium ad Miła placebat, „Schola mille annorum” magna silentio maximo cum laminis PCV in remulco. Nostra parva schola benigna, sincera multo hanc superabat. Ibi semper coniunctim erant (propter cavum magnum ad primum tabulatum). Hic ad viam Miła tantum remulca et remulcula. Unum intervallum ad advenire ex aula gymnastica ad classem physicam non sufficitur.

Tempore schola nova quoque anno discipulos novos accipiebat et dimittebat eos qui studia feliciter ad finem perduxerat, novos magistros salutabat at decedentes valedicebant, directores permutabat.

Hi frequenter mutati non erant sed cum Director Janina Starzycka- Głowacka (MCMLVI- MCMLXXIII) ut emerita decessit paribus temporibus permutabantur. Itaque schola suum tempus viginti annorum Directore Artur Szyka (MCMLXXIII – MCMLXXVIII) celebrabat, Director Janusz Beck (MCMLXXVIII – MCMLXXXIV) et Vicedirector Elzbieta Piskorska patroni temporis viginti quinque annorum erant.

Tempore triginta annorum Janina Sz wajkowska (MCMLXXXIV – MCMLXXXIX) director erat at inde a tempore triginta quinque annorum usque ad tempus quinquaginta annorum iuvenes XLV Lycei Universalis Eruditionis nom. Romualdi Traugutti curante directore multorum annorum Grażyna Chludzińska (MCMLXXXIX – MMXI) sollemniter celebrabant. In tempore quadraginta quinque annorum Grażyna Chludzińska verba fecit quae sententia scholae facta sunt.

**Schola non aedificium est
imprimis discipuli et magistri
coniuncti vinculis eam faciunt**